



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Euclio senex, Staphila anus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

Aulularia

Sceleratior me hac anus certe scio
Uidiſſe nunq̄, nimisq̄ ego hanc metuo male
Ne mihi ex inſidijs uerba imprudenti duit
Neu preſentificat aurum ubi eſt abſconditum
Que in occipito quoq̄ habet oculos peſſima
Nuncibo ut uisam, eſt ne ita aurum ut condidi
Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis
Sta. Nec nunc me caſtor quid hero ego dicam, meo
Male rei eueniſſe: quam ne inſaniam
Queo comminiſci: ita me miſeram ad huuc modum
Decies die vno ſepe extrudit edibus
Neſcio pol que illuc hominem intemperie tenent
Peruigilat noctes totas, tum autem interdium
(Quaſi claudius ſutor) domi ſedet totos dies:
Neq̄ iam quo pacto celem herilis filie
Probrum, propinqua paritudo cui appetit
Queo comminiſci, neq̄ quicq̄ melius eſt mihi
(Ut opinor) quam ex me ut vnā faciā litteram
Longam laqueo collum quando obſtrinxero
Eucio ſenex, Staphila anus
Eu. Tunc defecato demum animo egredior domo
n Poſteq̄ perſpexi ſalua eſſe intus omnia
Redi nunc iam intro, atq̄ intus ſerua
Sta. quippe nil
Ego intus ſeruem, an te quis eſtes auferat:
Nam hic apud nos nihil eſt aliud queſti furibus
Ita inanis ſunt, opplete atq̄ araneis
Eu. Mirum quin tua nunc me cauſa faciat Jupiter
Philippum regem, aut Darium triueneſica
Araneas mihi ego illas ſeruari uolo
Pauper ſum fateor, patior quod Di dant ſero

Plauti

Abi intro, occlude ianuam, iam ego hic ero
Cave quenq̄ alienum in edis intromiseris
Sta. Quid si quispiam ignem querit: Eu. extingui volo
Ne cause quid sit q̄ te quispiam queritet
Nam si ignis viuet, tu extingue extemplo
Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet
Sta. Cultrum, securim: pistillum: mortarium
Que vtenda vasa semper vicini rogant
Eu. fures venisse, atq̄ abstulisse dicito
Profecto in edibus meis me absente neminem
Uolo intromitti, atq̄ etiam hoc predico tibi
Si bona fortuna veniat ne intromiseris
Sta. Pol ea ipsa credo ne intromittatur cauet
Nam ad edis nostras nusquaz adijt quanq̄ prope
Eu. Tace atq̄ abi intro, Sta. taceo atq̄ abeo Eu. occlude sis
Fores ambobus pessulis, iam ego hic ero
Discrucior animi quia ab domo abeundum est mihi
Nimis hercle inustus abeo, sed quid agam scio
Nam noster nostre qui est magister curie
Diuidere argenti dixit nummos in viros
Id si relinquo ac non peto, omnes illico
Me suspicentur (credo) habere aurum domi
Nam non est verisimile hominem pauperem
Pauillum parui facere quin nummum petat
Nam nunc quum celo sedulo omnes nesciant
Omnes videntur scire, et me benignius
Omnes salutant, quam salutabant prius
Abeunt, consistunt, copulantur dexteras
Rogitant me vt valeam, quid agam, quid rerum geram
Hunc quo profectus sum ibo, post idem domum
De rursum (quantum potero) tantum recipiam

A lly